

592 I T E R A L P I N U M

ganum Pneumaticum à rustico inventum, quod varii generis aves sistit singulas proprio sibi cantu auditores, delectantes, Bernam nunc adductum, ut ibi exponeretur.

D. 24. Sacrae synaxi consecravimus matutinas horas, quibus finitis & prandio sumto, Aroviæ discessimus.

In Curia Aroviensi tabula suspensa insignia portans Nobilium de Rore cum hac subscriptione :

*Wapen der Edlen Graffen van Rore als Stifteren dises hauses. Landulus ein Graff Zuo und von Rore lebt und regiert umb das jahr 860. Ernestus Graff von Rore A. 900. von disen Graffen hat die Statt ihren anfang genommen, an welchem obrt die alte veste Rore, darinn die Graffen gewohnt, gestanden, daraus darnach das Rathhaus gemacht worden. Nach abgang dises Graffen kam die Statt an das Haus Habsburg, von Rapdome A. 1030.*

*Solodorum.* D. 25. Solodori humanissime excepti ab Ill<sup>mo</sup> & Exc<sup>o</sup>. Christianissimi Regis Oratore Comite du Luc, cujus prandio interesse licuit Societati nostræ.

Quartâ vix horæ parte ab urbe Sacellum est Divæ Catharinæ Sacrum, cujus muro inserta visitur Inscriptio sequens :

D. M. M.

LILIA PRONIMA.

IVGENIAE MARCELLI

NAE STATILI PATERN

In templo S. Urbi legitur:

VENERABILIS TVMBAE S. VRSI

SVB ALTARI CHORI ANNO DO-

MINI 1519. INVENT. VETVS TEGMEN.

In templo Jesuitarum, quorum Bibliotheca numero æquæ ac qualitate librorum admodum est macra, Epitaphium legitur sequens:

STA